

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium  
Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias  
Vincentii Caraffa, Societatis Iesu Praepositi Generali,  
Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

cap. 6. De præsentiâ Dei in interiori domo animæ. Domus interioris  
cubicula tria, primum, secundum, & tertium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

bonum, habendo meam præsentiam. A contrario, inquit S. Augustinus, miser ille, quicunque à præsen- S. Aug.  
tia Dei alienus reperitur : *Magna hominis miseria est,*  
*cum illo non esse, sine quo non potest esse : & tamen si*  
*eius non meminit, eumque non intelligit, ac diligit,*  
*cum illo non est.* Q[uod] arc merito idem s. Doctor dole-  
bat, quod Deus fuisse ei præsens, at non ipse Deo :  
Mecum eras, & ego tecum non eram. Quoties, animalib[us] 10. conf.  
mea, hoc idem Deo dicere poteris : *Mecum es, & cap. 27.*  
*tecum non sum ? Mecum es, quia continuo me con-*  
*deras, amas, conservas in esse, & tecum non sum, non*  
*cognoscendo, amando & laudando te. Domine, Domine,*  
*afflirim Sapientiam, quam mecum laborer, mihi assistat,*  
*me regat & gubernet, sis mihi præsens, quemadmodum*  
*ego tibi : habeam te continuo præsentem in memoria,*  
*de recogitando : in intellectu te contemplando : in vo-*  
*luntate te amando : in lingua de te loquendo : in manibus*  
*pro te operando.*

Et hæc sufficiant de modo in praxia deducendi san-  
ctum hoc exercitium præsentia Dei intellectivæ,  
affectivæ & operativæ per viam luminis & ratio-  
nis naturalis, per viam fidei, & per viam imagina-  
tionis.

## CAP. VI.

### *De Præsentia Dei in interiori domo anima.*

UT de præsencia Dei breve quasi exhibeatur com-  
pendium omni die exercendum : sequentem praxin  
cum gratia Dei observare procurabo.

Construam interius in corde meo domum quandam  
mentalem tria in se comprehendentem cubicula. Pri-  
mum erit meum : secundum Christi Crucifixi : tertium  
Dei. Unde intra me tres continuas habebo præsentias :  
Præsentiam mei, Christi crucifixi, & Dei. Prima ordinab-  
itur ad mortificationem : secunda ad contemplatio-  
nem : tercia ad amorem.

Domus

*Domus interioris animæ Cubiculum  
primum.*

In primo cubiculo, cuius inscriptio erit: *Cubi-  
lum Veritatis*, tres aderunt fovez profundissimæ quæ-  
rum una totia & infra aliam constituta erit.

Prima appellabitur *Fovea annihilationis*, & ibide-  
rit meum nihilum.

Secunda nominabitur *Fovea confusionis*, & in ha-  
runt omnia mea peccata.

Tertia vocabitur *Fovea desperationis*, & haec con-  
tinebit infernum cum poenâ, quam ibidem promi-  
teor.

Lus. 23.

Propositum. Quod cum patientiâ cunctas suffe-  
velim adversitates, dicendo cum sancto Latrone: Ni-  
quidem justè, nam digna factu recipimus. Propterpe-  
cata mea, hæc & plura alia pejora promereor, cùm ipse-  
merar infernum.

*Cubiculum Secundum.*

In secundo cubiculo, cuius inscriptio erit: *Cubi-  
culum sancti atis*, morabitur Iesu Crucifixus in sancto  
Sacremento, & Maria Virgo pedi crucis adstans  
ubi curabo, ut cor meum sit instar pyxidis aureæ, qui  
asservetur hic Vivinus Panis simul cum memoria su-  
etissimæ Passionis ejus. Et pro devotione hujus SS.  
Sacramenti sapè de die spirituali me reficiam commu-  
nione, dicendo cum S.Bernardo: Desidero te milie,  
Mi Iesu, quando venies; Me latum quando, facies? Mi-  
de te quando facies? Et in actuali exercitio hujus mei  
communionis quatuor formabo actus: primum fidei,  
dicendo; Panem cœlestem accipiam: secundum spei,  
subjungendo: Et nostrum Domini invocabo: tertium hu-  
militatis, subdendo: Domine non sum dignus, &c.  
quartum charitatis, cum hisce verbis: Corpus Domini  
nostræ custodiat animam meam in vitam eternam.  
Amen: desiderando recipere Christum sub sacris  
speciebus, &c.

Pro devotione vero Passionis D. N. quinque hæc observabō puncta.

Primo, *Affice*, Christum crucifixum præsentem, & cum S. Bernardo *Spira & gratias age*: corde simul & ore dicendo: *Gratias tibi ago, Domine, humiliè que à te peto veniam.*

Secundo, *Abstine*, ab omni sorte & specie consolationis.

Tertio, *Sustine*, mortificationes, quæcunque tibi obveniunt.

Quarto, *Gaudie*, in spe Sanguinis Christi.

Quinto, *Trahē*, alias ad eandem devotionem, &c.

Propositum, quod in hoc perficies cubiculo, erit, ut vivas cum Christo crucifixus, dicendo cum Apostolo: *Christo confixus sum Cruci: Vivo ego, jam non ego;* *Ad Gal. 2:16* *vivit vero in me Christus.*

### Cubiculum Tertium.

In tertio cubiculo, cuius inscrip̄tio erit: *Cubiculum Deitatis*, erit Sanctissima Trinitas cum cœlestio paradyſi gloria. Hic considerabō Deum intime cordi meo præsentem: primo per *Essentiam*, cum Divinitate. Attributis & Personis: secundo per *Prætentiam*, cum infinita sua cognitione, qua omnes meas perscrutatur cogitationes, affectus & passiones: tertio per *Potentiam*, cum sua omnipotētia, qua mihi dat esse, singulisque horis & momentis me conservat.

Hac stimulatus consideratione vitam agam tanta cum reverentia & vigilantia, ut cum auxilio Divinæ gratiæ de tantillum patratur us sim, quod perspicacissimos Divinæ Majestatis oculos offendere possit, ac taliter me geram; ac si Deus solus & ego, absque alterius creaturæ comitatu, essemus in mundo.

Propositum hujus cubiculi erit attendendi ad perfectū amorem. Primo ad amorem Dei: elicendo varios actus fidic̄i, spic̄i, charitatis, humilitatis, obedientiæ, &c. Secundo ad amorem proximi: nullam præterincedendō occasionenī, quā ipsi succurrere possim, memor verborum Christi: *Quamdiu fecisti unū ex his fratribus Matth. 25:46* *minimis, mihi fecisti.*

### B EXER-